## —DIA 19 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nomen augmenti erat virginali Sponso Josepho congruum, magisque mysterio; quoniam omnia erant augmentanda per gratiam, et mundi detrimenta tam ab incrementa revolvebantur.—*S. de Casia.*—Sanctissimus Joseph in generationibus suis perfectus; et justus extitit Joseph, quia semper in bono profuit, ut cum consummasset, tunc inciperet.—*Novarino.* Nomen augmenti erat virginali Sponso Josepho; quoniam omnia erant augmentanda per gratiam.—*S. de Casia* —Noster Sanctissimus Joseph est revera principium gratiæ, medium gratiæ finem gratiæ et semper in Deum esse refirenda.—*Laureto.*—Beatus Joseph velut sol; sol Joseph et Mariæ generant hominem Jesum.—*Torres* —Si Joseph Christum nutrivit labore suo; et sanguine quoque suo nutrivisse dicendus erit.—*Lobecio.*—Itaque Christus originem substantiæ nostræ a divo Josepho traxit, ut origo talis paternæ compellationi fundamentum legitimum ministravit.—*Avendaño.*—Re ipsa proprius ac legitimus est filius supernaturali Spiritus Sancti virtute marito prognatus sit ex legitima sua conjuge.—*Tirino.*

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Pater noster Joseph trepidantibus in morte Filiis et filiabus suis.*Quibusdam prius revelationibus roborat. ℣ Ut in supremo momento minime pertimescant, sed cum lætitia ægredientur animæ illorum. Quibusdam....



### LECTIO II.

Hac sublime dignitate, quam Dominus huic fidelissimo servo suo concesit semper post Virginem Mariam, Mater Dei, Beatissimus Joseph, ab Ecclesia honoratus et laudatus valde, et in omnibus suis necessitatibus advocatus. Et in his difficilissimis temporibus in quibus Ecclesia undique opressa est ab inimicis suis, gravissimis afflicta calamitatibus, ita ut, aliqui impii cogitant, insensate, quod imperi portae jam adversus eam praevaluerunt; venerabiles Episcopi omni catholico Orbe missi sunt Summo Pontifici suas humiles preces et omnium fidelium suorum. ut dignaretur Josephum Sanctum omnis catholicae Ecclesiae Protectorem declarere.

Haec supplicationes majore impulso repetitae fuerunt in Sacrosancti Vaticani Concilii tempore, Nostro Sanctissimo Domino Papae Pio IX, motus et recensiorem et tristissimam factorum conditionem, vult his votis respondere seipsum ponens et omnes fideles sub potentissimo Sanctissimi Patriarchae Josephi Patrocinium; et per quod, illum declaravit solemniter Patronum Universalis Ecclesiae Catholicae, juvens, festum ejus, dies XIX Martii celebrare cum ritu duplice primae classis. sed absque octava, per Cuaresmam. Praeterea disposuit in sua declaratione, presente decreto Rituum Sacræ Congregationis fiant publici in hac die, dicata Virgini Immaculatae, Mater Dei castissimi Josephi Sponsae. Quin nihil e converso adsit.

Dies 7 Decembris M D CCC LXX anni.

C. Ostiensis et Velletrensis Episcopus, Cardenalis Patrizi Sacrae Rituum Congregationis Praefectus.—Locus ✠ sigili.—*D. Bertolini*, cancellarius.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Tota Evangelistarum et Apostolorum intentio ad Christum referebatur.*Quia illo cognito, ejusque fides satis fundata. ℣ Non poterant almi parentes ejus aut ignorari, aut occultari in divina sua excellentia. Quia....

## LECTIO III.

*Præclarum testimonium SS. PP. Leonis XIII, circa Sacram Familiam, ex quo, nisi fallor, potest etiam deduci intemerata Conceptio Divi Josephi.*

Postquam ex ore Pontificis maximi immortalis Leonis XIII Sancta Romana Ecclesia loquuta est in Encyclica data die 15 Augusti anni 1889 de Patronatu Divi Josephi, suam nobis aperit voluntatem, ut ad Sacratum Josephum accurramus et in eo ferventes preces effundamus pro Ecclesia, pro Papatu in quem omnes innumeri et potentes inimici irruunt, pro omnibus denique catholicis. Tanta enim mirantur nequitia haeresis, schisma, persequutio, ut una fidem ab aliis, ab aliis bonos mores, ab omnibus media salutis æternæ detrahere conantur. Merito ergo in tam luctuosissimis temporibus nostros in Divo Joseph fratres sublevamus ut quam maxime possit ad praxim reducantur luculentum desiderium Summi Pontificis, qui sine dubio, quia tanta in cultu Divi Joseph gerit, et multa mediatur, jure merito Divi Joseph Pontifex praedicabitur. Sequamur ergo quod Summus Pontifex intendit et doctrinam in documento infrascripto contentam perpendamus. Hujusmodi sunt verba.

Nos haec sublimia, &c.



℟ Deo gratias.

℟ Omnia quae de B. Virgine Maria et B. Josepho dici possunt.*Virtute continent et quasi e fonte rive Scaturientes emanant. ℣ In illis vero paucis et gravissimis verbis revera indicata sunt. Virtute....

# —DIA 20 DE DICIEMBRE.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Jesus est revera filius Joseph, non quidem naturalis, sed supernaturalis; sed re ipsa proprius ac legitimus, ipsi legitime ex uxore Virgine, virtute Spiritus Sancti, Sanctissimo conjugio conceptus, natus, generatus ac divino munere datus.—*Burgense.*—Nam cum legitimo matrimonio conjunctus esset Joseph Virgini Mariae, essetque proinde Mariae corpus ejus, proles a Mariae carne genita, ex Josephi carne genita reputatur.—*Celada.*—Sicut Josephus omnia habuit jura veri Domini ac Patris in Jesum, ut erat homo; ita vicissim Jesus ut erat proprius et legitimus filius Josephi, habebat omnia jura filii respectu illius —*Tirnio.*—Vere Jesus Christus Josephi ingenium ac proprietates referebat; quia similes effectus a causa iis, qui item a secunda producuntur.—*Celada.*—Similis erat Patri et filio in vultu decor, in gressu gravitas, in consuetudine gratia et humanitas. Filius in immensum extollebat Patrem, et Pater minime dedecebat tantum filium.—*Baeza.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Interdum contiget filiis suis justis in hora mortis Josephi videre visiones.*Jam lætus moriam quia

vidi faciem tuam. ℣ Faciem tuam, pulcram ut luna electam ut sol. Jam....

LECTIO II.

Præterea, nobis proposuimus etiam alterum consilium, et certe vos in hoc, vestram commodabitis cooperationem ut semper, Venerabiles Fratres. Ut Deus sit magis propicius nostris precibus et ut, ab omnibus advocatus et variis intercesoribus donet suae Ecclesiae optimas protectiones et auxilia, Nos existimamus non incongrue, ut populus christianus pietate et fiducia specialibus consuescat orare in eodem tempore Virginem Matrem Dei, suum Sanctissimum Sponsum Dominum Sanctum Josephum; motivum enim habemus ut credamus hoc esse non potest nisi gratissimum Virgini Sanctissimæ Mariæ. Circa hoc, quod in primis aliquid dicturi summus publice, satis scimus esse, non solum pietatis christianae objectum; sed etiam haec, omnibus viribus, ad augendum id, sibi proposuit magis ac magis. Hinc, visum est, Domini Sancti Josephi cultum, qui in praecedentibus saeculis per Romanorum Pontificium studium, gradatim fuit adjuvatum, in his accipere temporibus magnam adhuc extensionem, praecertim dnm Pius IX, praedecesor noster, æternæ memoriæ, per Episcoporum saepenumero petitionem proclamavit Ecclesiae catholicae Divum Josephum Patronem. Jam vero, ut maxime interest, cultum Divini Josephi stabiliri consuetudinibus et institutionibus catholicis, Nos volumus, ut populus christianus ab hoc, nostrae auctoritatis et vocis accipiat novum stimulum.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Christus Dominus praecipue studuit divinam



suam originem homines docere.*Qua cognita. ℣ Tacite erat excellentiam Immaculatae Conceptionis Matris suae Patrisque sui. Qua....

LECTIO III.

Causas et rationes quibus Dominus Sanctus Joseph considerandus specialiter ut Ecclesiae Patronus et simul illae quibus multum de suo patrocinio et protectione sua, manant ex eo quod Mariae Sponsus et Jesus Pater fuit. Hinc surgit illi sua omnis gloria, dignitas, gratia et sanctitas Certe tanta est essendi Mater Dei dignitas, ut nihil sublimius existere poterat. Sed quoniam laqueus fuit conjugalis inter Mariam Virginem et Dominum Sanctum Josephum, nihil dubii est hunc magis aproximare, quam alius ad hanc dignitatem summam, qua Mater Dei incompar abiliter exaltatur supra omnia creaturarum genera.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Christus Mariam et Josephum divine honoravit.*Ut docti ac devoti singulari Spiritus Sancti consilio. ℣ Mysteria ac privilegia eorum perfectissime publicarentur. Ut....

## —DIA 21 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quadam ex parte veritatis Joseph filius esset Jesus.—*Aug.*—Non de simplici Virgine, sed desponsata concipitur; ut ex virginali conjugio Virgo filius nasceretur.—*Hier.*—Deo visum est ex conjuge Josephi filium dare eidem Josepho, naturaliter ex eo non genitum —*Just. M.*—Sanctissime Joseph per meritum virginitatis, ita separatus est a concubitu uxor

ut Pater dicaris Salvatoris.—*Aug.*—Cum Evangelista narret non ex concubitu Joseph sed ex Maria Virgine natum Christum, unde cum Patrem ejus appellat, et Patrem multo conjunctius, quia ex ejus conjuge natus sit.—*Aug.*—Sicut Maria Mater Jesu dicitur propter generationem; ita Joseph Pater Jesu propter curam vel dilectionem vocatus est.—*Cirilo.*—Joseph Patrem dici adoptione.—*Aug.*—Sic lucet Joseph iste cœlestis Sponsi typum praetulerit portaverit imaginem, ambulaverit in figura.—*Petr. Chrisol*—Sanctisimus Joseph Dominam suam Domini sui Matrem, Virginem agnoscens, et ipse continens fideliter custodivit.—*Ber.*—Vere ex regia stirpe descendit vir iste Joseph, nobilis genere, mente nobilior. —*Ber.*

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Hortamur omnibus filiis nostris Sanctissimo Josepho dicatis.*Si divinarum consolationum destituti. ℣ Et non confundentur cum loquentur inimicis suis in hora mortis. Et....

## LECTIO II.

Et siquidem matrimonium societatem, et amicitiam propinquiorem cui, a natura propria sua unita est honorum communitas. Qua propter, si Deus Josepho per Sponsam dedit Virginem Mariam, non modo ut esset in vita sua ejus comes, testis virginitatis ejus virtutis ejus protector; sed etiam ut, per pactum conjugalem, de sua magna dignitate particeps esset. Similiter omnibus in dignitate excedit, quia per divinam dispositionempræsul fuit, et opinione aliorum hominum Filii Dei Pater. Verbum divinum erat humiliter subditus illi, id est S. Josepho, qui obediebat Verbum suum et honorabat ut filii facere cum suis parentibus debent. Ex hac dignitate duplice, deribantur per se ipsos jura, qua ipsa natura, patribusfamilias praescribit; ita ut S. Joseph simul fuit praesul legitimus et naturalis, dux defensor divinae Familiae unde principalem et caput inveniebatur esse. Et vere, implevit illud mietsterium et illaque jura usque ad ejus mortalis vitæ ni existentiae beatum finem.



Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Evangelistae appellatus Josephum et Mariam.* Almos esse Parentes Christi. ℣ Supremam immo et quasi infinitam dignitatem revera tribuerunt. Almos esse....

## LECTIO III.

In protectione, maximo amore perpetua vigilantia, ejus Sponsae et ejus divini Fili se multum occupavit; constanter, per labores suos, illis alimentum et panem procuravit et etiam subsistentiae media; a periculis liveravit, eos, quibus regis odium minabantur, quaerens in locis longioribus refugium illis inter afflictiones fugae; in exilio constanter et inseparabilis comes, Jesus et Mariae adjutor fuit et solatium. Divina enim familia, quam Dominus Joseph, cum jure quasi paternale regebat et dirigebat, non nisi tenerissimae Ecclesiae erat cunabula. Sanctissima Maria Virgo, ut Jesus Christi Mater, omnium est etiam Mater christianorum, quos sicut filii accepit inter Redemptoris tormenta magna in Calvario; similiter Jesus Christus aliquo modo est christianorum primogenitum, cujus per adoptionem et redemptionem summus hujus fratres.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟. Præstantissimum Virginis et Josephi encomium esse certum est.*Voluisse Jesum nomen Mariae et Josephi ita unitum esse. ℣. Ut ubicumque Messiæ imperium possitum fuisse, ibi Mariae et Josephi nomen audiretur. Voluisse....

## —DIA 22 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Vere Jesus Christus Josephi ingenium et proprietates referebat.—*Salme.*—Salvatorem Joseph in manibus suis, scapulisque suis obumbravit ei.—*Navarro.*—Non modo de virgineo utero nasceretur Jesus; sed etiam a virgineo nutritio tractaretur.—*Pet. D.* —Spiritus Sanctus fuit amborum, Joseph et Maria, conjugalis amor.—*Rup.*—O Josephum paternitatis titulo prædivitem qui totum Christum Deum, quem non condidit ad naturam, possidet ad gratiam.—*Celada.*—O Joseph! hoc unum dixisse tibi sufficiat: Filium te habuisse Deum.—*Torres.*—Quando quidem Joseph vocatur ad Evangelista Vir Mariae, ne quis ad conjugii sublimitatem respicient, putaret Joseph non humanum, sed peregrinam esse naturam. —*Baeza.*—Sanctissimus Joseph fidelissimus fuit testis mirabilium Dei.—*Brig. S.*—Nulli umquam dabitur Joseph merita immensa congruis illi laudibus adaequare.—*Pise.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟. Cum jam Josephi protectione egrediente anima tua.*Cœlestis patriæ mænia incipiant apparere. ℣. Tu quoque canere incipias: Quam dilecta tabernacula tua Domine Joseph. Cœlestis....



### LECTIO II.

His causis beatus Patriarcha protectione gaudet quasi paternale ut Maria Sponsus et Jesu Christi Pater spectatus ut cui commendata est christianorum multitudo Ecclesiam componentium, id est, familia innumerabilis in toto mundo extensa.

Hoc modo, naturaliter esse dignum S. Josephi, ut sicut semper et fideliter protexit Familiam Nazarenam, ita et similiter nunc, sua protectione defendat, et super Christi Ecclesiam palium suum extendat.

In hujusmodi comprobatione et praesidia quod jam satis apertum est vobis Venerabiles Fratres existit, scilicet; id quod Ecclesiae, plures patres expraesi sunt, una cum sacra liturgia: ut antiquus Joseph, Jacobi Filius, fuit signum et figura, nostri Sancti, personae et ministerii, et ut per suum splendorem significavit magnitudinem et gloriam futuri praesulis et directoris Sacrae Familiae.

Et vere, praeter nomen quod tulerunt ambo, quod significatione non caret, inter eos notabilissima existit similitudo. Statim postquam Domini sui, integre habuit benevolentiam et favorem, et domus directionem obtinuit, super herum suum, propter Josephum, e coelo divitiae et prosperitates descenderunt.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟. Non possunt Messiae principatus regnique fines propagari ac extendi.*Quin simul Virginis et Josephi nominisque ejus amplitudo angeretur. ℣. Quia almi parentes ejus sunt. Quin....

LECTIO III

Sed magis adhuc est, quia voluntate rexit et gubernavit, plena potestate et in calamitatum tempore supervenientium per messe carentia, et ita, magna admirabilique praevisione, omnium Ægyptorum et limitropharum populorum necessitates mitigavit ut rex nominavit eum nomine mundi Salvatoris.

Ergo debemus, in antiquo iste patriarcha signum nostri Josephi noscere. Sicut ille, posteritatis et salutis sui heri domui et omni regno, fuit, similiter iste ut esset, christianitatis praesul destinatus, debet considerari tamquam Ecclesia defensor et protector, quae domus Domini est, et Dei regnum super terram. Omnes ergo, cuicumque pertineant conditioni et naturae, perfecte agent si confidunt et in perfectioni Domini Sancti Josephi requiescunt. Parentes, in ipso, perfectum habent paternalis praevisionis et vigilantiae exemplum, Sponsi, affectus, integrum etiam exemplum, simulque fidei et conjugalis concordiae; et virgines virginalis integritatis defensorem et prototypum.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Per caput serpentis intelligatur peccatum originale.*Atque vere dictum est. ℣ Christum Mariam et Josephum contrivisse caput hoc serpentis in illum non incurrendo. Atque....

## —DIA 23 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Columba quae super Christum descendit, advolat et ad Josephum, ut ejus sanctitatem ostenderet, Deique filium in adoptivis primum ac praecipuum ostenderet.—*Novar.*—Noster Sanctissimus Joseph homo existens supra hominem conversatus sit, et dignitatem Spiritui Sancto similem accipiat.—*Baeza.*—Mater Domini Maria non migrarere nisi in possessorem illum, cui Spiritus Sanctus insidens totam suam deitatem inderet et communicaret—*Baeza*—Spiritum Sanctum et Josephi officia inter se partitos fuisse ut cura et custodia corporis Virginis ad Joseph pertineret; animae autem curam et custodiam sibi sumeret Spiritus Sanctus.—*Laur. J.*—Spiritus Sanctus voluit in divo Josepho amari, quem sibi visibilem Sponsum substituit—*Avendaño*—Josephum profecto indubium firmiter credo, Josephum liquato corde amoris incendio defuisse.—*Pise.*—Praevidit equidem Deus cunctos homines, praevidit singulos et examinavit quis clavum familiae Marianae tenere posset; et recensitis omnibus ab Adam, unius Joseph meritum transire non potuit, unus inter omnes Sponsi idææ correspondit.—*Baeza.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Quid sentietis filioli mei, quando beatissimus Joseph.*Cum omnibus sanctis sociatus. ℣ Vos amanter accipiat, ac stricte amplexatus in osculo pacis ad æternam beatitudinem vos recipiat. Vos....

LECTIO II.

Qui stirpe sunt nobiles, si immitare sibi proponunt Divinum Josephum, discent curare suam dignitatem quamvis sit sub flagellum adversitatis, et divites etiam quae thesaura atque bona necesse est in terra procurare. Sed qui aliquod legitimum motivum et necessarium ad Josephum confugiendum,

et ad discendum quod immitaturi sunt, non nisi operarii et omnes qui conditionibus inferioribus tenentur, sunt.

Realiter, quamvis reale stirpe fuit in matrimonio junctus cum sanctissima et eminentissima mulierum, et tamquam Dei Pater Fili deputatus, transivit tamen vitam in laboribus, suisque comodans in sudore et operibus manum suarum, quod necessarium ad suam subsistentiam erat.

Si de rebus recte judicatur, non est magis abjecta populi conditio, et operari opus non solum non honore caret, sed etiam potest, virtutis auxilio exaltatum maxime.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Propagato Christi imperio in universo mundo. *Propagatum simul apparet. ℣ Sanctissimum et laudabilissimum Deiparae nomen et nostri divini Josephi. Propagatum....

## LECTIO III.

Divinus Joseph, suo status, anima forte sustinuit viriliter, illius vitae generis inseparabilem penuriam, juxta Fili sui exemplum, qui formam accipiens servi, et Dominus omnium, libenter et voluntarie statum paupertatis et infimæ indigentiæ amplexatus est.

Hac de causa pauperes et qui degunt vitam in labore, debent elevare spem suam et similibus versari cogitationibus, quia si eis licet modum quærere quo exire possint a paupertate et indigentia, absque justitiæ detrimento, tamen nec ratio nec justitia patiuntur ordinem statutum a Dei providentia, mutare.



Sed autem, ad violentiæ exesum intrans, tumultum et seditionem confugiens, stultae accipientur resolutiones et hinde jugiter exurgit, gravitas difficilitas in malis cujus sanitas quærebatur.

Si indigentes, tranquillitatem desiderant, non in perniciosis et exillibus ,sed in Sancti Josephi, patrocinio salutem quærant, sicut et in maternale charitate Ecclesiæ, quæ ad suam conditionem, sollicitudinem testatur magis et magis stupendam.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Almi parentes Christi majorem et excellentiorem gratiam gratam eis facientem.*Quam omnes sancti et angeli. ℣ Quia magis a Deo diligebatur. Quam....

# —DIA 24 DE DICIEMBRE.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Quicumque Sponsi fuere, si cum Joseph Mariæ Sponso componantur, sicut numeri: ipse unice Sponsus Mariæ, quaeritus ex pene infinita hominum multitudine, selectus et segregatus.—*Baeza.*—Ubi tamen genitus statim sanctificatus, et omni decore gratiae et virtutum maxime expolitus.—*Silveyra.* —Loquendo de omnibus hominibus dicere debemus maledicta terra in opere suo per peccatum; terra autem erat inanis et vacua; sed Sspiritus Dei ferebatur super aquas in sua conceptione, et terra corporis ejus de benedictione Domini fuit; atque hac de causa fuit Joseph sine labe originali conceptus. —*Jos.*--Qui sanctificatus fuit per fines superiores

quam Baptistam et Hieremiam fuit noster immaculatus Joseph jam ab initio sui esse.—*Jos.*—Tunicam talarem accipit Joseph a Patre su Jacobo: tali designant prima operis nostri vestigia; quia noster Joseph semper fuit absque peccato, et in sui favorem dicit etiam Scriptura: Et tu insidiaberis calcaneo ejus.—*Jos*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ In patrocinio nostri immaculati Josephi.*Per meam sanctissimam vocationem transivi vitam meam. ℣ Et animas innumerabiles ad gloriam æternam conduci possimus. Per....

## LECTIO II.

Hac de causa, Venerabiles Fratres, Nos de vestra auctoritate multum spectamus et de vestro episcopale studio, et non dubitamus bonos et pios fideles meliori modo agere quantum fas est, Nos decretamus, ut inter Octobris mensis, ajungatur ad Rosarii resitationem S. Josephi orationem quod jam olim praescripsimus, et quam simul cum his litteris accipietis, et Nos cupimus, hoc fiere perpetue annum.

Cui pie. praedictam orationem resitent, Nos indulgentiam concedimus per septem annorum et septem quadraginta dierum.

Est etiam practica salutaris et valde commendata, ut nos est, consacrare, in varis locis cum pietatis exercitiis multis et diuturnis, in honore Sancti Josephi mensem Martii.

Ubi faciliter fieri nequeat, esset disederandi, ut saltem antea Divi Josephi festum, in unaquaque Ecclesiarum localitatis, tridus celebretur.

Praeterea, Nos commendamus, omnibus fidelibus, in quorum locis dies XIX Martii S. Josepho consacrata, non inveniatur inter praecepti festa, omitatur tamen, sanctificare, quantum fas sit, saltem privative, in honore hujus coelestis Patroni ut si de die festivo ageretur.



Denique, ut signum gratiarum coelestium et in testimonio vestrae benevolentiae, Nos vobis concedimus affectuose apostolicam benedictionem, Venerabiles Fratres, clero et omni vestro populo.

Datum in C. Romae, circa S. Petrum, dies decimo septimo cal,—Septembris anno Domini MDCCCLXXXIX decimo secundo anno Nostri Pontificati.—LEO XIII, Papa.

℟ Verbum divinum carnem asumpsit humanam. *Magis pro solis parentibus suis redimendis et exaltandis. ℣ Quam pro reliquis hominibus et angelis. Magis....

## LECTIO III.

Ex hac doctrina divo Josepho valde gloriosa pius quidam auctor subseqnentes credidit conclussiones inferre posse ad Sacram Familiam, ut ipse dicit, in loco sibi congruo collocandum; quoniam pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ, ad consilium, scilicet, Dei.

Hæc sunt verba auctoris supra citati:

I Sacram Familiam semper et omnimode Sacram Familiam fuisse: quamobrem.

II In nullo membrorum sui fuisse nullam nec minimam imperfectionem, nec invenire potuisse: quamobrem.

III Sanctissimam, id est, Sanctissimus Filius Jesus, Sanctissima Mater Virgo Maria Sanctissimus Virgo Joseph: quamobrem.

IV Nullum in eis fuisse peccatum, nec in Divino

Filio, nec in ejus divinis parentibus Josepho et Maria: quamobrem.

V Filium Dei essentialiter fuisse impeccabilem ejus divinos parentes per gratiam tantum et privilegium esse impeccabiles: quamobrem.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟ Maria et Joseph sunt revera parentes Dei.* Quia nasci, concipi et alii actiones sunt non naturæ. ℣ Sed hypostasis et personae ideoque recte dicuntur almi Parentes Christi. Quia....

## —DIA 25 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si Jesus non de desponsata nasceretur illegitimus haberetur, et sic doctrina ejus juste coram hominibus reputaretur.—*Alberto Mag.*—Quia Mater mea vere ante partum et post erat Virgo sufficiebat testimonium Joseph, qui custos et testis virginitatis ejus extitit.—*Birg. S.*—Voluit Christus Matrem suam desponsari quia futurum erat ut omnes sancti de Virgine nascerentur Ecclesia Christo desponsata. Unde Christus de desponsata natus est, ne indignius nasceretur Dominus quam servus.—*Hugo C.*—Sponsi Joseph laus de conjuge est, ubi gratia dos.—*Pacense.*—Erat Joseph quasi Dominus Mariæ, quia erat vir ejus, et ad mandatum ejus moveri debebat.—*Abulense.*—Jure ergo Joseph, quem Maria Dominum vocavit, creaturarum Dominus ex una Maria vocaretur.—*Baeza.*—Domina mundi appellare Josephum Dominum non indignum putavit. *Ger.*—

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Christi solium ad Patris dexteram sedentis veniens.*Totas victorias adversus peccatos ac imperfectiones. ℣ Meritis ac præcibus nostri immaculati Josephi revera recognosco. Totas....



### LECTIO II.

VI In nulla persona Sacræ Familiæ speciem quandam fuisse peccati, nec originalem quidem.

VII Non in Jesus quia sua caro, est, purissima, de Maria sine labe originali concepta.

VIII Non in Maria, quia Ecclesia hisce nostris temporibus doctrinam ita docentem fidei dogma definivit.

IX Non quidem in Josepho, denique, quia membrum Sacræ Familiæ quum sit, et caput ejus, dedecori est Jesu, quod suus Pater Joseph compesceretur abyssu peccati, et dedecori erat Mariæ, quod esset in Josepho divino suo Sponso, uno saltem momento, mundices culpæ originalis. In nulla igitur Sacræ Familiæ personarum fuit peccatum originale.

X Non in Jesus, quia conceptus de Spiritu Sancto et filius Virginis Matris, non potuit eum omnino tangere peccatum originale neque minus in illo dominari.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Oh Maria, tu divina es, quia ex te genitus fuit..... Messias.*Oh Joseph, tu etiam divinus. ℣

Quia per Spiritum Sanctum de concensu tuo procreatio Jesu in te Maria facta est. Oh Joseph....

## LECTIO III.

XI Non in Maria, quamvis de viro concepta, quia in actu conceptionis suæ nihil concupiscentiæ infuit; nec in Joachino, vel Anna parentibus suis, qui eam genuerunt conceperuntque simili quo fecisse modo Adamus et Heva, si suam innoscentiam conservassent; ideoque in præsentiam generis humani, id est, post peccatum, Maria genita fuit et concepta modo miro ac miraculoso, ne in primam labem incideret.

XII Non in Josepho, quia ceu Sacræ Familiæ membrorum et princeps verus, per sui Filii gratiam singularem, Joseph fuit a Jacobo genitus Abigail conceptus eodem modo, quo fuit Maria, vis parentium in ejus conceptione se quam moderatissime gerente, et minimo nec motu concupiscentiæ carnis; ideoque absque ulla macula originalis peccati.

XIII Semen ad formanda corpora Mariæ et Josephi, tamquam sine fomite carnis, immune fuisse omnino ab originali peccato; istiusmodi semini mundo animam charismatibus dignitati proprius parentium dignissimorum admodum et divinorum Christi insignitam infussam fuisse.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Maria vera Mater Dei quia voluit.*Joseph verus Pater Dei, quia voluit. ℣ Sed in eo sexu qui parere decebat, operatus et hoc, quod etiam marito nasceretur. Joseph....

---

# —DIA 26 DE DICIEMBRE.—

## LECTIO I.

### —EX DOCTORIBUS.—

Concepto nostro Josepho atque in isto primo instanti suæ immaculati conceptionis jam genus humanum dicere potuit: Vere filius Dei erat iste, quamvis cæteri homines summus filii maledictionis. *Jos.* Joseph nescit fomitem peccati atque etiam peccatum originale, ratione plenitudinis gratiae, quae in eo major afluxit quam in singulis quibusque realis infra Christum et Mariam.—*Jos*—Ita noster divinus Joseph fuisset absque peccato originali ut cum divo Remigio dicere possimus: Per inobedientiam Adæ omnes perditi summus; per obedientiam Joseph omnes ad pristinum statum incipimus revocati—*Jos.*—Joseph ob tantae Virginis et Matris Dei reverentiam exemptum fuisse a macula originali; ut ad impleretur in omnibus; divina supra omnem humanam, species Sancti Josephi fuerit; ergo facies erit filii Jesu, Pater suus Joseph.—*Jos.* —Joseph fuit Sanctissimus, fuit Patris ejus exultatio fuit Pater exultationis.—*Jos.*—Aderat Joseph modestia summa, eratque mirabili corporis præditus formositate, et pulchra facie, et decorus aspectu.—*Jos.*

℟ Deo gratias.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Noster divinus Joseph, baculus meus est mihi.*Et sua protectione usque huc ita me deduxit. ℣ Ut salvus fiam misericordias Josephi in æternum canendo. Et....

LECTIO II.

XIV Ex hac trium sacrarum personarum Jesu, Mariæ et Josephi exceptione ab originali peccato non earum erui æqualitatem donorum privilegiorumque, prærrogativarum, et meritorum; sed nos unum hoc in nuere velle, in nulla nempe fuisse peccati originalis munditiem.

XV Jesum sine peccato originali, essentialiter impeccabilem, non solum gratia plenum, sed et auctorem ipsius esse gratiae, quam communicavit cum suis parentibus purissimis et divinis Josepho et Maria.

XVI Mariam sine peccato originali adeo gratia plenam ut summam gratiam habuerit, præter sacræ humanitati Domini Nostri Jesu Christi destinatam.

XVII Josephum sine peccato originali adeo gratia refertum, ut habet omnem gratiæ plenitudinem non prædestinatæ Sanctissimæ suæ Sponsæ Mariæ.

XVIII Jesum, Josephum, et Mariam nihilominus ut perfecta gaudent æqualitate quatenus tres Sacrae Personæ sunt nedum gratiæ æquales, sed similes.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Maria concurrit ad procreationem Jesu per suum concensum et corpus suum.*Joseph concurrit eamdem per suum concensum. ℣ Hac de causa quod Spiritus Sanctus operatus est utriusque operatus est, et in amborum justitia requiescens. Joseph....

LECTIO III.

XIX Sacras litteras omnino nihil dicere, unde possit inferre D Josephum fuisse in peccato conceptum; ut habent modotantum generali, quin tamen; singulari loco de singulari casu D Josephi loquantur



quia, ut Sacrae Familiae membrorum, connumerari non potest in omnium numero hominum.

XX Nullibi factum aliquod vel dictum invenisse aut traditionis aut etiam PP., qui de D. Josepho tamquam Sacræ Familiæ membrum disserentes, quod docere voluerit Divinum hunc Josephum, Sponsum Mariae parentemque Jesu in peccato conceptum fuisse.

XXI Tridentinum ipsum descernens transmissionem peccati originalis in omne genus humanum non modo nihil contra Sacram Familiam discisse, verum etiam exclusisse a peccatorum coetu B V. Mariam, quae est secunda Sanctae Familiae persona, quo præbuisse ausam videtur, ut nostris temporibus, quum praecipue tot veritates sunt clariores, pii animo in D. Josephum coepissent cum in locum sibi congruum dictis laudibusve afferre, postquam a communi selegerunt, revera quoniam tertia et Sacræ familiae persona.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Humanitas Christi ex hoc quod unita est Deo habet dignitatem infinitam.*Joseph autem et Maria ut Parentes Dei habent etiam quemdam dignitatem infinitam. ℣ Et Deus non potest aliquid fieri melius eis. Joseph....

## —DIA 27 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quae vera et quam divina supra omnem humanam, species Sancti Josephi fuerit non est meæ facultatis